


# Quinta etas mundi



Salustius



M. Cato



Virgilius Maro



Horacius Flaccus



**R**es soles post mortē Iulij Cesari's sequēti die exorti sunt et apparuerūt in oriente: qui paulatim cōuenērūt: significātes dominiū Lucij antonij et M. antonij atq; Augusti in vnu monarchiā reducendū: vel potius qz noticia trini et vni dei toti orbi futura iminebat. Hoc quoq; aranti in suburbano rome locut' est: dicens frustra se vrgeri quia in breui magis homines desituros esse qz frumenta.

**B**ibliotheca toto vrbe terrarū nosatissima .40. milii librorū in egypto cōburit. Ibi accurata diligētia in colligēdis libris p veteres laudat. Nā aristoteles et bibliothecā et scolā Theophrasto reliquit. Et primus fuit (vt Strabo arbitrat) qui libros cōgregauit: et egypti reges bibliothecē ordinē docuit. Deinde Theophrastus neleo tradidit. Neleus scepsim detulit ad hoies imperitos: qui libros inclusos ac negligētes cōpositos tenebant. Ptholomeus quoq; philadelphus maximū numerū librorū collegit. Et vt Seneca tradidit. xl. milia libroū alexandrie arserunt pulcherrimū regie opulentie monumentū: sicut et Liuus qui elegantie cureq; regum egrediū id opus ait fuisse. Non fuit elegantia illud aut curaz sed studiosa luxuria: īmo nec studiosa quidē qn nō in studiū sed in spectaculū cōparauerant: sicut plerisq; ignaris etiam seruiliū litterarū libri non studiorum instrumenta sed cenationū instrumenta sunt.

**S**alinus romanus historicus ac philosophus Ciceronis emulus rome clruit. Is fuit nobilitate veritatis insignis historicus quippe qui de bello catilinario: necnō et de bello iugurthino libros edidit celebres: ac nonullas scripsit epistolas.

**M**. Cato vico atice et narbonensi prouincia natus rome in precio plurimus fuit eruditissimus quidē et acutissimi ingenij vir: atq; in omni seculari eruditione peritus: qui annū agens .55. grecas līras cum summo studio didicit: hic vir doctissim⁹ vnde cōq; qui tam multa scripsit: quā multa vir queq; legere credam⁹: hic quoq; teste Isidoro innumerabiles edidit libros inter quos .413. antiquitatum precipui: quos in res diuinās humanasq; diuisit. Edidit insup et librū de lingua latina: et librū morale: de quo sniam ponimus hanc. Amici diuitū palee sunt circa grana. Uis (inquit) experiri amictū: calamitosus fias. Scripsit et librum de deorum cultu. vixit annis .90.

**V**irgilius maro poetarū princeps natione mantuanus parentib⁹ modicis fuit et p̄cibue patre marone. Natus est En. pompeio magno: et M. licinio crasso primū cōsul. iduū octobriū die in pago qui andes dicit: qui est a mantua non procul. Mater eius mala se enixam laureū ramū somniauit: haud dubiam spem prosperis geniture. Initū etatis cremone egit: sumpta virili toga mediolanū: inde paulopost neapolim transiit: ubi cum līris et grecis et latinis vehemētissimā operam dedisset: tandem omni cura omnīq; studio indulxit medicīne et thematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorq; esset: se in urbes contulit: ubi ab augusto acceptus fuit: et illuz pollioni cōmēdavit. Corpore et statura fuit grandi: aquilino colore: facie rusticana: valitudine varia. Nāq; plerūq; ab stomacho et faucibus ac dolore capitī laborabat. Quecūq; ab augusto petiūt repulsam habuit nunq;. Parentibus quot annis aurum ad abundantem alitum mittebat: quos iam grandis amisit. Multa scripsit priapeiam culicem moretum deinde buccolicā postea georgicā in honore mecenatis nouissime eneide. Obiit deniq; brundisij anno etatis sue .52. cuius ossa in via puteolana neapolim trālata intra lapidem sepulta sunt: ubi inscriptū est. Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc parthenope: cecini pascua rura duces.

**H**oracius poeta laudatissimus: patria venetus: patre libertino nat⁹: fuit statira brevis: rome liberalibus litteris eruditus: deinde athenis doctissimus enasit: familiaritatem M. bruti qui cesarem occidit adeptus: factus ab illo tribunus militum contra M. antonij et augustum cum victus fuisse Brutus ex clade a fugit. Eui postea augustus mecenatis gratia p̄cepit. Liberatus ad poetica se conuertit. Scripsitq; odas poetriā et eplas. Et cū optimis studijs innumerabiles diuicias cumulasset. tandem rome moriens augustum instituit et credem. Obiit sed etatis sue anno apud mecenatem sep. it⁹